



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, calle de la Rua, 59.

Al Clero y fieles de la Diócesis de Salamanca

La prolongación de la guerra que desde hace cuatro años aflige al mundo con un séquito de horrores y desolación nunca visto, y la falta de indicios que hagan preveer la pronta terminación de tantos males, nos mueven a pedir de nuevo que elevéis vuestras súplicas al cielo en demanda de una paz basada en los principios de justicia y caridad que predica la doctrina de Nuestro Señor Jesucristo.

No podemos olvidar que en la Santa Catedral Basílica de Salamanca se veneran las reliquias del gran Santo que, con su ardiente palabra y los prodigiosos hechos con que Dios quiso confirmar su predicación, logró pacificar en breve tiempo nuestra ciudad que, perturbada por luengas e inacabables discordias, veía decaer su antiguo esplendor y parecía condenada a extinguirse entre los odios y furores que en mal hora se habían suscitado entre los ciudadanos salmantinos.

El recuerdo de la pacificación de Salamanca nos estimula a invocar la intercesión de San Juan de Sahagún para que nos alcance del Señor la paz de las naciones, y a este fin hemos dispuesto celebrar con mayor solemnidad de la acostumbrada la fiesta del Santo Patrono de Salamanca e implorar por medio de una procesión de rogativa los favores del cielo, en la forma siguiente:

En la mañana del día 12 de los corrientes celebraremos con el favor de Dios Misa Pontifical en la Santa Catedral Basílica, y a ella invitamos a todos los fieles de la ciudad, a quienes fuere posible la asistencia al Santo Sacrificio, con el fin de que unan sus plegarias a las nuestras para conseguir la ansiada paz del mundo.

A las seis y media de la tarde se cantará la Letanía de los Santos y preces pidiendo el pronto advenimiento de la paz, después de las cuales se organizará una solemne procesión, en que se sacará a la pública veneración la urna que contiene las reliquias del Santo Patrón de Salamanca.

Pedimos encarecidamente a todos los sacerdotes y fieles de nuestra diócesis que asistan a estas solemnidades, y a aquellos que se viesen en la imposibilidad de asistir, les recomendamos que se unan espiritualmente a los asistentes y eleven sus oraciones al Señor por las intenciones antes expresadas.

Salamanca, 1 de Junio de 1918.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

CIRCULAR SOBRE MISAS PARA OBTENER LA PAZ

En el número de *L' Osservatore Romano* del día 10 de Mayo, hallamos el conmovedor Motu proprio de Su Santidad que nos apresuramos a transcribir y dice así:

“Quartus iam annus ad exitum appropinquat ex quo, ut Europa bello flagrare coepit, Nobis Pontificatus maximi est onus impositum; atque hoc toto spatio uti non se remisit unquam, imo excrevit dimicandi furor, ita ne punctum quidem temporis respiravit animus Noster ab acri cura et sollicitudine qua ex tantis belli tamque ingravescentibus malis afficiebamur. Hanc enim seriem continuationemque rerum tristissimarum hucusque Nos sine intermissione inspectantes, non solum doluimus omnium doloribus, ut vere possimus illud Apostoli usurpare: “quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et “ego non uror?,”; sed etiam de iis quae et conscientia admonebat officii Nobis divinitus attributi, et Iesu Christi caritas suadebat, nihil unquam, quoad potuimus, intentatum reliquimus,

Nunc vero in ea temporum conditione versamur, ut sponte occurrat recordatio illius Iosaphat regis, ita maximis in angoribus comprecantis: “Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in caelo et dominaris cunctis regnis gentium; in manu tua est fortitudo et potentia, nec quisquam tibi potest resistere... clamabimus ad te in in tribulationibus nostris et exaudies salvosque facies... Deus noster... cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui ut oculos nostros dirigamus ad te,” (2 *Par.*, 20, 6-12). Iam igi-

tur omnem "sollicitudinem Nostram proiicientes in Eum", cuius in arbitrio sunt hominum voluntates eventusque rerum, ab Ipso qui "castigando sanat et ignoscendo conservat", illud exspectamus ut misericors tantis aerumnis finem celeriter faciat, rebusque sua pace compositis, regnum in hominibus iustitiae caritatisque restituat.

Sed primum omnium, iratus tam late diffusa contumacia peccandi, placandus Deus; idque prece humili ac supplici, quam scimus plurimum posse ad impetrandum, si quidem confidenter et perseveranter fiat.—Iam vero ad divinam maiestatem propitiandam nihil plus valet quam sacrosanctum Eucharistiae sacrificium, in quo Ipse Patri offertur qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, "semper vivens ad interpellandum pro nobis". Ac recte Ecclesia animarum pastoribus legem constituit certis diebus *pro populo* eorum curis concredito sacrum faciendi: quibus praesertim diebus piissima mater divinam clementiam suorum filiorum necessitatibus vult conciliari. Quoniam autem rerum omnium quibus haec tempora indigent, ea est summa, ut rursus concordia et tranquillitate potiatur humana societas, Nobis visum est peropportunum, sacros pastores, in praecipua quadam Ecclesiae solemnitate, universos Nobiscum divinum sacrificium in eam causam offerre. Itaque Motu proprio statuimus, ut die XXIX proximi mensis iunii, natali Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, qui populi christiani praesidia sunt et firmamenta, quotquot ex officio Missam pro populo celebrare debent, eam celebrent secundum mentem quam diximus. Praeterea sciant ceteri ex utroque Clero sacerdotes fore Nobis gratissimum, si eodem die sacrum facientes suam quoque mentem Nostrae adiungere velint. Sic enim, toto catholicorum sacerdotum ordine, in quavis ora ac

parte terrarum, una simul Nobiscum sacrificante, maior aderit spes a divina bonitate impetrandi, ut illud tandem efficiatur, quod cuique est optatissimum: *Iustitia et pax osculatae sunt.*

Datum Romae apud sanctum Petrum die IX mensis maii, festo Ascensionis Domini, MDCCCXVIII, Pontificatus Nostri anno quarto,.

En consecuencia de esto, y haciendo del todo nuestros los sentimientos del atribulado Supremo Jerarca de la Iglesia, el día 29 de este mes procuraremos celebrar el Santo Sacrificio a plenisima intención de Su Santidad. Mandamos hagan lo mismo, en dicho día cuántos tengan obligación de aplicar "pro populo," y aconsejamos a los demás Rdos. Presbíteros que imiten tan hermoso ejemplo y den ese consuelo al amantísimo Padre común de los fieles Y exhortamos en el Señor a todos los fieles seglares de nuestra diócesis a ofrecer la comunión para conseguir los preciados bienes que se propone alcanzar de la divina misericordia el que con toda justicia es y será siempre llamado el Pontífice de la Paz.

Salamanca, 1 de Junio de 1918.

✠ EL OBISPO.



OBISPADO DE SALAMANCA

CIRCULAR

De conformidad con la costumbre admitida en este Obispado, damos el competente permiso para que los fieles dedicados a las faenas de la recolección puedan, durante ésta, trabajar en los días festivos cuando la necesidad lo exigiere, a excepción de las festividades de San Pedro y San Pablo, Santiago Apóstol y la Asunción de la Virgen Santísima, sin que por ello queden dispensados de la obligación de oír misa en los domingos y días de precepto. Los señores Curas párrocos y demás encargados de parroquias, al dar conocimiento a sus feligreses de esta nuestra disposición, les pondrán de manifiesto la benignidad de Nuestra Santa Madre la Iglesia facilitando cuanto le es posible el cumplimiento de sus mandamientos y dispensando de ellos siempre que motivos razonables lo requieren y consienten, y les exhortarán además amorosamente para que santifiquen con algunos actos de piedad esos mismos días festivos en los cuales se les autoriza para trabajar.

Salamanca, 29 de Mayo de 1918.

✠ EL OBISPO DE SALAMANCA.

SANTA VISITA PASTORAL

Nuestro Excmo. Sr. Obispo regresó felizmente a la capital el 24 último, después de haber practicado la Santa Visita en los Arciprestazgos de Tavera, Valdo-
bla y Peña de Francia.

El 14 próximo saldrá S. E. Ilma. para el Arciprestazgo de Rollán.

SECRETARIA DE CAMARA

CIRCULAR SOBRE EJERCICIOS ESPIRITUALES DEL CLERO

Nuestro Excmo. y Rdm. Sr. Obispo se ha servido disponer que los ejercicios espirituales del Clero en el presente año tengan lugar en el mes de Julio: la primera tanda desde la tarde del día 1 hasta la mañana del 10 y la segunda desde la tarde del día 11 hasta la mañana del 20.

La asistencia a los santos ejercicios es obligatoria a todos los señores sacerdotes que no los practicaron en el año último.

Los señores Arciprestes formarán las listas de ejercitantes de sus respectivos arciprestazgos, distribuyéndolos en número igual para cada tanda, y enviarán dichas listas a esta Secretaría antes del día 23 de los corrientes, acompañando nota de los sacerdotes que durante la ausencia de los ejercitantes quedaren encargados de las parroquias.

Con el fin de que el servicio espiritual de las almas

no sufra detrimento, el Rdmo. Prelado encarga a los mismo señores Arciprestes que hagan una acertada distribución del personal, y les autoriza para que, donde fuere necesario, faculten la binación del Santo Sacrificio en los días de precepto.

Los señores Canónigos y Beneficiados de la Santa Iglesia Catedral y los profesores del Seminario podrán elegir entre las dos tandas de ejercicios, con tal de que lo comuniquen oportunamente.

Donde lo permitieren las necesidades del servicio parroquial, podrán hacer los ejercicios de este año aun los que los practicaron en el anterior, comunicándolo por conducto del propio Sr. Arcipreste a esta Secretaría.

La dispensa de ejercicios deberá pedirse al Prelado por medio de la Secretaría de Cámara.

Lo que de orden de S. E. Ilma. el Obispo, mi Señor, se publica en el BOLETÍN OFICIAL DEL OBISPADO para conocimiento de aquellos a quienes interesa.

Salamanca 1 de Junio de 1918.

DR. AGUSTÍN PARRADO,

Secretario.

ADMINISTRACIÓN DE CRUZADA

Por la urgente necesidad que tiene esta Administración de rendir a la Comisaría General de Toledo las cuentas de la predicación de 1917, los señores Curas párrocos y encargados de parroquia que no han hecho aún liquidación de las bulas por ellos expendidas en dicho año, se servirán hacerla lo antes posible; y se les advierte que, de no hacerla en el corriente mes de Junio, se considerarán como expendidas las

que no hubieren sido devueltas, y del importe de ellas se reintegrará la Administración diocesana en la Habilitación del Clero, sin nuevo aviso.

Salamanca 1.º de Junio de 1918.—*El Administrador.*

NONNULLI CANONES

ex novissimo Juris Canonici Codice in proximum
clericorum commodum excerpti

TITULUS VIII

CAPUT VIII

De vicariis foraneis

Can. 445. Vicarius foraneus est sacerdos qui vicariatui foraneo, de quo in can. 217, ab Episcopo praeficitur.

Can. 446. § 1. Ad munus vicarii foranei Episcopus eligat sacerdotem quem dignum iudicaverit, praesertim inter rectores ecclesiarum paroecialium.

§ 2. Vicarius foraneus ad nutum Episcopi amoveri potest.

Can. 447. § 1. Vicario foraneo, praeter facultates quas ei tribuit Synodus provincialis vel dioecesana et secundum normas in eadem Synodo legitime statutas vel ab Episcopo statuendas, ius et officium est invigilandi potissimum:

1.º Num ecclesiastici viri sui ambitus seu districtus vitam ducant ad normam sacrorum canonum suisque officiis diligenter satisfaciant, praesertim circa residentiae legem, divini verbi praedicationem, imper-

tiendam pueris atque adultis catechesim et obligationem infirmis assistendi;

2.º Num decreta lata ab Episcopo in sacra visitatione executioni mandentur;

3.º Num debitae cautelae circa materiam Sacrificii Eucharistici adhibeantur;

4.º Num decor et nitor ecclesiarum et sacrae supellectilis, maxime in custodia sanctissimi Sacramenti et in Missae celebratione, accurate servetur; an sacrae functiones secundum sacrae liturgiae praescripta celebrentur; bona ecclesiastica diligenter administrentur, adnexaque illis onera, in primis Missarum, rite impleantur; rectene conscribantur et asserventur libri paroeciales.

§ 2. De iis omnibus ut reddatur certior, vicarius foraneus debet, statutis ab Episcopo temporibus, sui districtus paroecias visitare.

§ 3. Pertinet etiam ad vicarium foraneum, statim atque audierit aliquem sui districtus parochum graviter aegrotare, operam dare ne spiritualibus ac materialibus auxiliis honestoque funere, cum decesserit, careat; et curare ne, eo aegrotante vel decedente, libri, documenta, sacra supellectilis aliaque quae ad ecclesiam pertinent, depereant aut asportentur.

Can. 448. § 1. Vicarius foraneus debet, diebus ab Episcopo designatis, convocare presbyteros proprii districtus ad conventus seu collationes de quibus in can. 131 eisdemque praeesse; ubi vero plures habeantur huiusmodi coetus in variis districtus locis, invigilare ut rite celebrentur.

§ 2. Si non sit parochus, debet residere in territorio vicariatus vel alio in loco non valde distante secundum normas ab Episcopo definiendas.

Can. 449. Saltem semel in anno vicarius foraneus proprii vicariatus rationem reddere debet Ordinario loci, exponens non solum quae intra annum bene ges-

tā sint, sed etiam quae mala obrepserint, quae scandala exorta sint, quae remedia ad ea reparanda adhibita et quidquid agendum existimet ad ea radicitus extirpanda.

Can. 450. § 1. Vicarius foraneus sigillum habeat vicariatus proprium.

§ 2. Praecedit omnibus parochis aliisque sacerdotibus sui districtus.

Suprema Congregatio S. Officii

DECRETUM

Circa consilia a vigilantia et iuramentum antimodernisticum

Cum in Codice Iuris Canonici, a proximo die festo Pentecostes obligandi vim habituri, nulla fiat mentio *Consiliorum a vigilantia et Iuramenti antimodernistici* de quibus respective agitur in Constitutione *Pascendi Dominici gregis* et Motu-proprio *Sacrorum Antistitum* s. m. Pii PP. X., inspecto Codicis ipsius can. 6, n. 6, propositum est dubium: *An praescriptiones ad duo supra memorata capita spectantes, post dictum diem festum Pentecostes, in vigore manere pergant an non?*

Re iussu Ssmi. D. N. Benedicti Pp. XV, feliciter, regnantis, ad Supremam hanc Sacram Congregationem Sancti Officii delata. Emi ac Rmi DD. Cardinales in rebus fidei et morum Inquisitores Generales, in plenario conventu habito feria IV die 20 martii 1918, expresse declarandum decreverunt: "Praescriptiones praedictas, ob serpentes in praesenti modernisticos errores latas, natura quidem sua, temporarias esse ac transitorias, ideoque in Codicem Iuris Canonici refe-

rri non potuisse; aliunde tamen, cum virus *Modernismi* diffundi minime cessaverit, eas in pleno suo robore manere debere usquedum hac super re Apostolica Sedes aliter statuerit.,.

Et sequenti feria V eiusdem mensis et anni idem Ssmus D. N., in solita audientia R. P. D. Adessori impertita relata Sibi Emorum Patrum resolutionem plane adprobare ac suprema Sua auctoritate confirmare dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. Officii, die 22 martii 1918.

Aloisius Castellano, S. R. et U. I. Notarius.

Sacra Congregatio Consistorialis

Decretum circa quasdam Ordinariorum facultates

Proxima sacra Pentecostes die, novo ecclesiasticarum legum Codice vim obtinente, omnes locorum Ordinarii facultatibus quam pluribus ipso iure instruuntur, quas antea ab Apostolica Sede postulare solebant et communibus indultis assequebantur. Sufficit enim consulere canonem 249 collatum cum 239 circa plura privilegia personalia quibus Episcopi augentur, canonem 386 circa electionem examinatorum et iudicum synodalia, 468 et 914 circa benedictionem papalem *in articulo mortis* et in maioribus anni solemnitatibus, 534 et 1532 circa alienationes, 806 circa sacri iterationem, 822 circa Missae celebrationem extra ecclesiam et oratorium, 1006 circa ordinationes extra tempora, 1043 et 1045 circa dispensationes ab impedimentis matrimonialibus, 1245 circa dispensationes ab abstinentia et ieiunio, 1304 circa benedictionem sacrorum utensilium, quin de aliis multis hic mentio fiat, ut illico appareat Episcopos, vi Codicis, tanta munitos esse po-

testate ut, quoties Ecclesiae utilitas et animarum salus id requirat, communis legis rigorem temperare et iustas dispensationes largiri aequae opportuneque valeant.

Quapropter indulta quae hucusque, postulantibus Ordinariis, ad hunc finem concedebantur, quaeque vel in Brevi dicto 24 annorum, vel in formulis typis impressis ad decennium, ad quinquennium aut etiam ad triennium valituris continentur, supervacanea evadere videntur; quin imo confusionem haud levem ingerere, eo quod a novis Canonici iuris ordinationibus in pluribus discrepant.

Hisce itaque de causis, necnon ad discrimina in canonica disciplina tollenda maioremque unitatem in Ecclesia inducendam, Ssmus D. N. Benedictus Pp. XV, de consulto peculiaris coetus Emorum Patrum Cardinalium, hoc S. C. Consistorialis decreto ea quae sequuntur statuit et sanxit:

1) exceptis locis S. Congregationi de Propaganda Fide subiectis, pro quibus suo tempore quae opportuna erunt decernentur, alibi, in universis scilicet dioecesibus iuri communi obnoxiiis, facultates omnes pro foro externo Ordinariis concessae, quaeque in Formulis et Brevi superius recensitis continentur, a die 18 maii huius anni cessabunt, neque amplius in usu esse poterunt;

2) in locis tamen remotioribus aliisque ad quae, sive praesentis belli causa, sive alia qualibet ratione, praesentis decreti notitia utili tempore non pervenerit, dispensationes et ordinationes vi veterum facultatum ab Ordinariis forte concessas Ssmus Dominus ratas habet, firmo tamen ut ipsi ab acceptae notitiae die, si res adhuc sit integra, huic decreto se conforment;

3) facultates pro foro interno a S. Poenitentiaria datae, aliaeque ratione praesentis belli concessae, aut peculiaribus de causis ab Ordinariis obtentae, sub huius decreti dispositione non comprehenduntur, et ideo abolitae non sunt;

4) circa dispensationes matrimoniales, quamvis vi canonum 1043 1045 Ordinarii opportunas dispensationes largiri queant "*urgente mortis periculo*," et "*quoties impedimentum detegatur cum iam omnia sint*

parata ad nuptias, nec matrimonium sine probabili gravis mali periculo differri possit„, nihilominus Ssmus Dominus, attentis temporum et locorum adiunctis, haec ulterius indulgenda decrevit:

a) ut locorum Ordinarii in America, in Insulis Philippinis, in Indiis Orientalibus, in Africa extra Mediterranei maris oras, et in Russia, per quinquennium a die 18 maii huius anni, dispensare valeant ab impedimenti minoris gradus quae recensentur in can. 1042, servatis regulis in eo Codicis capite statutis: itemque ut matrimonia nulliter contracta, ob aliquod eiusdem minoris gradus impedimentum, in radice sanare queant, iuxta regulas in capite XI, tit. VII, lib. III Codicis *de convalidatione matrimonii* positas, monita parte impedimenti conscia de sanationis effectu;

b) ut iidem locorum Ordinarii dispensare pariter per quinquennium valeant ab impedimentis maioris gradus, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, iuris tamen ecclesiastici (exceptis impedimentis provenientes ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta consummato matrimonio), nec non ab impedimento impediens mixtae religionis, si petitio dispensationis ad S. Sedem missa sit et urgens necessitas dispensandi supervenerit pendente recursu. Concedendo tamen hisce in casibus dispensationes, Ordinarius prae oculis semper habeat regulas statutas in Codice, lib. III, tit. VII, cap. 2, 3 et 4, circa impedimenta in genere et in specie, itemque clausulas apponi solitas in matrimoniis cum hebraeis et mahumetanis; nec dispensationem concedat nisi caverit de plena earum omnium observantia iuxta sacrorum canonum praescriptiones, et iuribus S. Congregationis de disciplina Sacramentorum circa taxarum solutionem consulat;

c) ut Ordinarii Galliae, trium regnorum Magnae Britanniae, Germaniae, Austriae et Poloniae, durante bello, quoties aditus ad S. Sedem difficilis aut impossibilis saltem per mensem praevideatur iisdem facultatibus uti possint, quae supra sub litteris *a* et *b* recensentur.

Praesentibus valituris de mandato Ssmi contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria S. C. Consistorialis,
die 25 aprilis 1918.

✠ C. CARD. DE LAI, Ep. Sabinen., *Secretarius*.

L. ✠ S.

† V. Sardi, Archiep. Caesarien., *Adessor*.

Los cánones de mayor interés general a que se refiere el Decreto precedente, son los que a continuación publicamos para complemento y mayor aclaración del mismo Decreto y por las aplicaciones prácticas que de los mismos se derivan.

Circa benedictionem papalem in articulo mortis

Can. 468. § 1. Sedula cura et effusa caritate debet parochus aegrotos in sua parocia, maxime vero morti proximos, adiuvaré, eos sollicité Sacramentis reficiendo eorumque animas Deo commendando.

§ 2. Parocho aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultas est eis concedendi benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis, secundum formam a probatis liturgicis libris traditam, quam benedictionem impertiri ne omittat.

Circa alienationes

Can. 534. § 1. Firmo praescripto can. 1.531, si agatur de alienandis rebus pretiosis aliisve bonis quorum valor superet summam triginta millium francorum sen libellarum, vel de contrahendis debitis et obligationibus ultra indicatam summam, contractus vi caret, nisi beneplacitum apostolicum antecesserit; secus, requiritur et sufficit licentia, in scriptis data, Superioris ad normam constitutionum cum consensu sui Capituli seu Consilii per secreta suffragia manifestato; sed si agatur de monialibus aut sororibus iuris dioecesani, accedat necesse est consensus, in scriptis praestitus, Ordinarii loci, necnon Superioris

regularis, si monialium monasterium eidem subiectum sit

§ 2. In precibus pro obtinendo consensu ad contrahenda debita vel obligationes, exprimi debent alia debita vel obligationes, quibus ipsa persona moralis, religio vel provincia vel domus ad eum diem gravatur; secus obtenta venia invalida est.

Canon 1.532. § 1. Legitimus Superior de quo in can. 1.530, § 1, num. 3, est Sedes Apostolica, si agatur:

1. De rebus pretiosis;

2. De rebus quae valorem excedunt triginta millium libellarum seu francorum.

3. Si vero agatur de rebus quae valorem non excedunt mille libellarum seu francorum, est loci Ordinarius, audito administrationis consilio, nisi res minimi momenti sit, et cum eorum consensu quorum interest.

4. Si denique de rebus quarum pretium contineatur intra mille libellas et triginta millia libellarum seu francorum, est loci Ordinarius, dummodo accesserit consensus tum Capituli Cathedralis, tum Consilii Administrationis, tum eorum quorum interest.

5. Si agatur de alienanda re divisibili, in petenda licentia aut consensu pro alienatione exprimi debent partes antea alienatae; secus licentia irrita est.

Circa sacri iterationem

Can. 806. § 1. Excepto die nativitatis Domini et die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, quibus facultas est ter offerendi Eucharisticum Sacrificium, non licet Sacerdoti plures in die celebrare Missas, nisi ex apostolico indulto aut potestate facta a loci Ordinario.

§ 2. Hanc tamen facultatem impertiri nequit Ordinarius, nisi cum prudenti ipsius iudicio, propter penuriam sacerdotum die festo de praecepto notabilis fidelium pars Missae adstare non possit; non est tamen in eius potestate plures quam duas Missas eidem sacerdoti permittere.

*Circa Missae celebrationem extra ecclesiam
et oratorium*

Can. 822. § 1. Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia vel oratorio consecrato aut benedicto, ad normam iuris, salvo praescripto can 1196.

§ 2. Privilegium *altaris portatilis* vel iure vel indulto Sedis tantum Apostolicae conceditur.

§ 3. Hoc privilegium ita intelligendum est, ut secumferat facultatem ubique celebrandi, honesto tamen ac decenti loco et super petram sacram, non autem in mari.

§ 4. Loci Ordinarius aut, si agatur de domo religionis exemptae, Superior maior, licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, numquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum ac rationabili causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus.

*Circa dispensationes ab impedimentis
matrimonialibus*

Can. 1.043. Urgente mortis periculo, locorum Ordinarii, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimationi prolis, possunt tum super forma in matrimonii celebratione servanda, tum super omnibus et singulis impedimentis iuris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientibus ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes remoto scandalo, et si dispensatio concedatur super cultus disparitate aut mixta religione, praeditis consuetis cautionibus.

Can. 1.045. § 1. Possunt Ordinarii locorum, sub clausulis in fine can. 1.043 statutis, dispensationem concedere super omnibus impedimentis de quibus in cit. can. 1.043, quoties impedimentum detegatur, cum iam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium,

sine probabili gravis mali periculo, differri possit usque dum a Sancta Sede dispensatio obtineatur.

§ 2. Haec facultas valeat quoque pro convalidatione matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrendi ad Sanctam Sedem.

§ 3. In iisdem rerum adiunctis, eadem facultate gaudeant omnes de quibus in can. 1 044, sed solum pro casibus occultis in quibus nec loci quidem Ordinarius adiri possit, vel non nisi cum periculo violationis secreti.

*Circa dispensationes a lege de observantia festorum,
abstinentia et jejunio*

Can. 1.245. § 1. Non solum Ordinarii locorum, sed etiam parochi in casibus singularibus iustaque de causa, possunt subditos sibi singulos fideles singulasve familias, etiam extra territorium, atque in suo territorio etiam peregrinos, a lege communi de observantia festorum itemque de observantia abstinentiae et ieiunii vel etiam utriusque dispensare.

§ 2. Ordinarii, ex causa peculiari magni populi concursus aut publicae valetudinis, possunt totam quoque dioecesim seu locum a ieiunio et ab abstinentia vel etiam ab utraque simul lege dispensare.

§. In religione clericali exempta eadem dispensandi potestatem habent superiores ad modum parochi quod attinet ad personas, de quibus in can. 514, § 1.

Circa benedictionem sacrorum utensilium

Can. 1.304. Benedictionem illius sacrae suppellectilis quae ad normam legum liturgicarum benedici debet antequam ad usum sibi proprium adhibeatur, impertire possunt:

- 1.º S. R. E. Cardinales et Episcopi omnes;
- 2.º Locorum Ordinarii, caractere episcopali carentes, pro ecclesiis et oratoriis proprii territorii;
- 3.º Parochus pro ecclesiis et oratoriis in territorio suae paroeciae positis, et rectores ecclesiarum pro suis ecclesiis.

4.º Sacerdotes a loci Ordinario delegati, intra fines delegationis et iurisdictionis delegantis;

5.º Superiores religiosi, et sacerdotes eiusdem religionis ab ipsis delegati, pro propriis ecclesiis et oratoriis ac pro ecclesiis monialium sibi subjectarum.

PONTIFICIA COMMISSIO

AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

DUBIA

In plenario coetu diei 17 Februarii 1918 proposita ac resoluta

I. An lex abstinentiae cesset in Gallia diebus festis sub praecepto in universa Ecclesia servatis, sed in Gallia ex concessione Sanctae Sedis suppressis, scilicet festis Circumcisionis, Epiphaniae, Immaculatae Conceptionis Beatissimae Virginis Mariae et Beatorum Apostolorum Petri et Pauli.

Resp.: *Negative.*

II. Quenam sint festa suppressa, de quibus in cann. 339 § 1, 466, § 1, in quibus nempe ab Episcopis et Parochis applicanda est Missa pro populo sibi commisso.

Resp.: Nihil hac in re per Codicem iuris canonici immutatum esse a disciplina huc usque vigente (1).

III. Utrum festa quae non enumerantur in can. 1247, § 1, ipso facto, ipsaque lege nullibi sint amplius de praecepto, etiamsi in aliqua natione, dioecesi, aut loco antea fuerint de praecepto ex particulari lege vel con-

(1) Subsiste, pues, en lo sucesivo la obligación de aplicar la Misa *pro populo* en los mismos días que hasta ahora. Así se resuelve en este decreto.

suetudine etiam centenaria loci, aut ex speciali concessione Sanctae Sedis.

Resp.: *Affirmative*, ita ut in iis diebus non amplius fideles urgeat duplex obligatio audiendi Missam et abstinendi ab operibus servilibus.

P. CARD. GASPARRI, *Praesses*.

ALOISIUS SINCERO, *Secretarius*.

Sacra Poenitentiarum Apostolica

(Sectio de indulgentiis)

DUBIA

QUAESITA CIRCA INDULGENTIAS ADNEXAS PIAE PRAXI CONSECRANDAE FAMILIAE SACRATISSIMO CORDI IESU (VULGO «INTRONIZATIO»).

Die 19 maii 1908, Pius X s. m. omnibus fidelibus, qui certa adhibita formula familiam sacratissimo Cordi Iesu consecrarent, concessit: 1.º indulgentiam plenariam, die quo hanc consecrationem peragerent, consuetis impletis conditionibus lucrandam; 2.º item indulgentiam plenariam deinceps singulis annis, renovata formula consecrationis consequendam. Anno 1913, ab eodem Summo Pontifice novae indulgentiae concessae sunt. Supplicabant scilicet Episcopi Reipublicae Chilensis: "Beatissime Pater.— Archiepiscopus de Chile ceterique omnes eiusdem Reipublicae Praelati Ordinarii, ad pedes S. V. provoluti humiliter exponunt: Non multo abhinc tempore et magno animarum fructu extitit in Republica Chilena pia praxis consecrandi domos SS. Cordi Iesu, hoc nimirum modo: Praemonitis habitantibus domus, statuta die, parochus vel alius sacerdos benedicit imaginem SS. Cor-

dis Iesu, quam collocat in praecipuo loco, brevem habet concionulam et recitat cum tota familia quamdam reparationis et consecrationis formulam. Si sacerdos adesse non potest, imago prius benedicta collocatur, et formula recitatur ab aliqua saeculari persona. Cum vero multa bona fluant ex hac pia praxi, omnes supradicti Oratores a S. V., petunt ut, quo magis fructus augeatur, illam indulgentiis ditare dignetur. Et Deus, etc.”

Cui quidem supplici libello responsum fuit: “Die 24 Iulii 1913.—SSmus D. N. D. Pius div. Prov. Pp. X. per facultates D. Card. Secretario S. Officii impertitas, sequentes indulgentias pro Chilena Republicae dioecibus benigne concedere dignatus est, nempe: 1.º Septem annorum totidemque quadragenarum ab universis familiae membris lucranda, die quo instituitur in propria domo pia praedicta praxis si corde saltem contrito ac devote memoratae caeremoniae adstiterint. 2.º Plenariam, si insuper eadem die confessi ac s. synaxi reflecti iidem fideles aliquam ecclesiam vel publicum oratorium devote visitaverint ibique ad mentem Summi Pontificis pias preces fuderint; 3.º Trecentorum dierum, item a membris familiae lucranda quotannis die anniversario huiusmodi institutionis in propria domo, si coram imagine actum consecrationis renovaverint. Praesenti ad decennium valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.—De mandato D. Card. Secretarii Aloisius Giambene, Substs. pro indulgentiis.”

Has indulgentias SSmus D. N. Benedictus div. Prov. Pp. XV, epistola diei 27 aprilis 1915 (1), ad omnes Orbis catholici familias benigne extendit.

Porro a S. Tribunali Poenitentiariae Apostolicae cui res universa de indulgentiis demandata est, quaesitum fuit:

1.º Utrum ad lucrandas indulgentias piae praxi adnexas, necessario in singulis domibus familiae SS. Cordi Iesu per sacerdotem consecrari debeant, an liceat, adunatis familiis, caeremoniam in ecclesia ins-

(1) Acta Ap. Sedis, vol. pág. 203.

tituere, ubi cum maiori solemnitate et devotione res peragitur?

2.^o Quando iudicandum sit, sacerdotem adesse non posse, ita ut imago SS. Cordis Iesu, prius benedicta, ab aliqua persona saeculari collocari et formula consecrationis recitari possit?

3.^o Utrum ad lucrandas indulgentias piae praxi adnexas requiratur ut consecrationis formula, Rescripto diei 19 maii 1908 stabilita adhibeatur?

4.^o Utrum indulgentia trecentorum dierum, de qua in Rescripto diei 29 1913, taxative adnexa sit diei anniversario consecrationis familiae?

Et S. Tribunal, die 26 februarii 1918, respondendum censuit:

Ad 1.^m *Affirmative* ad primam partem; *negative* ad secundam.

Ad 2.^m Iudicium de hac re prudenti iudicio Ordinarii loci remittitur.

Ad 3.^m *Affirmative*.

Ad 4.^m Indulgentia eac lucriferi potest singulis annis quo die, coram SS. Cordis imagine, actus consecrationis renovatur.

Quae omnia, subsignata die, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori relata, SSMus. D. N. Benedictus divina Providentia Papa XV confirmare et rata habere dignatus est. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 1 martii 1918.

GULIELMUS CARD. VAN ROSSUM, *Poenit Maior.*—L.
✠ S.—F. Borgongini Duca, *Secretarius*.

FORMULA CONSECRATIONIS FAMILIAE SSMO. CORDI IESU

O Sacratissimum Cor Iesu. Tu beatæ Margaritæ Mariæ desiderium regnandi super christianas familias pandidisti: ecce ut Tibi placeamus adsumus hodie, ut plenum tuum super nostram familiam imperium proclamemus. Volumus deinceps tuam vitam vivere, volumus in sinu familiae nostræ florere virtutes, quibus Tu in terris pacem promisisti, volumus longe arcere a nobis spiritum mundi, quem Tu damnasti. Tu regnabis in mente nostrâ fidei nostræ simplicitate, in corde nostro Tui solius amore, quo flagrabit erga Te et cuius vivam servabimus flam-

mam frequenti divinae Eucharistiae receptione. Dignare, Cor divinum, nobis praeesse in unum convenientibus, arcere molestias, sanctificare gaudia, poenas levare. Si quando misere quis nostrum in tantam aerumnam inciderit ut Te affligat, fac in memoriam illi redigas, Cor Iesu, Te cum peccatore, quem poenitet, plenum esse bonitatis et misericordiae. Et quum hora separationis insonuerit et mors in familiae nostrae sinum luctum intulerit, nos omnes, sive abeuntes, sive manentes, tuis aeternis decretis nos subiiciemus. Hoc solatio erit nobis, animo recogitare venturum esse diem, in quo tota familia nostra, in caelo coniuncta, tuam gloriam, tua beneficia in aeternum cantare poterit. Dignetur Cor immaculatum Mariae, dignetur gloriosus Patriarcha sanctus Ioseph Tibi hanc consecrationem offerre, eiusque vivam in nobis singulis diebus vitae nostrae conservare memoriam.

Vivat Cor Iesu, Regis et Patris nostril

EL "DIA DE LA PRENSA,"

Circular del Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Sevilla

En la misma fecha que el año anterior, publicamos los datos de la recaudación del *Día de la Prensa Católica*, de 1917, remitidos por los Rvmos. Prelados y Juntas diocesanas. A todos queda sumamente reconocida la Junta Central de Sevilla, y pide a Dios Nuestro Señor que no decaiga, antes bien, si es posible, aumente el entusiasmo y el trabajo en los años sucesivos, para que esta obra produzca el fruto abundante que de ella esperan los buenos católicos y cuantos se han dado cuenta de su importancia y trascendencia. El resultado de la colecta ha sido tal vez algo menos satisfactorio que el del año 1916; pero no hemos de atender solamente a las cantidades o limosnas recogidas. Porque con tener ellas un destino tan sagrado y tan alto, es todavía más importante el fin que hemos de proponernos en la celebración del *Día de la*

Prensa Católica. Desde que en Sevilla se celebró la primera Asamblea, España entera ha correspondido admirablemente al llamamiento que se hizo entonces a los católicos españoles, dándose cuenta de la necesidad de favorecer, por todos los medios posibles, a la Prensa católica, elemento indispensable en estos tiempos para contrarrestar los esfuerzos de los impíos y sectarios, los cuales, con la suya, tantos males y perturbaciones han producido en los pueblos y en la Nación entera. Una Asamblea general no puede celebrarse todos los años; pero dedicar un día en cada pueblo a recordar los deberes de los católicos en orden a este vital asunto de la Prensa, pedir a Dios por medio de la oración y prácticas religiosas que envíe del Cielo auxilios y gracias para el mejor éxito de la empresa, excogitar medios para ayudar a los periodistas católicos, que a veces encuentran grandes dificultades para llevar a cabo sus proyectos, y ofrecer en ese mismo día alguna limosna al Santo Padre, que tantas necesita para, a su vez, distribuir las después entre los innumerables hijos pobres, que a Él acuden desde todas las partes del mundo, todo esto, aunque fuera difícil, que no lo es, bien merece la pena de que hagamos algún sacrificio, con la esperanza de alcanzar bienes tan estimables y tan útiles para la Iglesia y para la misma sociedad. El Santo Padre está sumamente complacido de la buena voluntad y esfuerzos de los católicos españoles; así nos lo manifestó, hace poco tiempo, cuando tuvimos la satisfacción de poner en su conocimiento los frutos conseguidos en los dos años anteriores. ¡Quiera el Señor que, al anunciar ya para este año nuestra fiesta en el día de San Pedro, comiencen, desde ahora, las Juntas locales a procurar que en todas partes se trabaje con fe, y con la esperanza puesta en Dios, a fin de infundir en los corazones propósitos firmes de oponernos con todas nuestras

fuerzas a la propaganda de las malas ideas y de la inmoralidad, que son precisamente los elementos del desorden, de la corrupción de costumbres y del resfriamiento de la fe y de la piedad, aprovechados por los enemigos de Cristo y de la Iglesia para perder las almas y perturbar la paz de los pueblos!

Sevilla, 19 de Marzo, fiesta del Patriarca San José, de 1918.

† ENRIQUE, *Cardenal Arzobispo de Sevilla.*

Hacemos nuestra tan interesante circular, y en su virtud esperamos que la Junta diocesana de la Asociación Nacional de la Buena Prensa y las locales, empezarán los trabajos conducentes a que dicha fiesta, que se celebrará el día 29 del próximo Junio, revista la solemnidad y entusiasmo que en los dos últimos años.

El resultado general de la Colecta del *Día de la Prensa Católica* de 1917, ascendió a un total de 75.371,12 pesetas.

BENDICIÓN DEL PAPA A LOS CATÓLICOS ESPAÑOLES

Carta del Emmo. Sr. Cardenal Secretario de Estado de Su Santidad comunicando al Emmo. Sr. Cardenal Arzobispo de Sevilla que el Romano Pontífice, agradeciendo la ofrenda que ha recibido de la décima parte de la colecta del «Día de la Prensa» de 1917, envía a sus fieles hijos de toda España la Bendición Apostólica.

SECRETARÍA DE ESTADO DE SU SANTIDAD

Vaticano, 22 de Marzo de 1918.

Emmo. Sr. Cardenal Enrique Almaraz y Santos, Arzobispo de Sevilla.

Emmo. y Rvdmo. Sr. Mío de todo mi respeto:

Cumpliendo el honroso encargo que Vuestra Eminencia Reverendísima me hizo en su carta de 22 de Enero próximo pasado, he puesto en las veneradas manos de Su Santidad la considerable parte de la colecta del "Día de la Prensa," de 1917 que las diócesis de España han querido piadosamente ofrecer al Vicario de Jesucristo.

Me corresponde ahora el grato deber de expresar a Vuestra Eminencia el profundo agradecimiento del Pontífice por esta nueva prueba de filial veneración y de caridad cristiana, que viene a mitigar la amargura de que están llenos los actuales días del Padre común de los fieles.

Me llena de satisfacción poderle comunicar que, deseoso el Augusto Pontífice de corresponder a este

devoto obsequio de los católicos de España, se ha dignado benignamente conceder a Vuestra Eminencia y a los fieles todos de tan noble nación la gracia de una Bendición Apostólica. Y aprovechando la oportunidad para reiterar a Vuestra Eminencia el testimonio de mi más profunda veneración con que humildemente le beso las manos, me honro en renovar me de Vuestra Eminencia humilísimo, devotísimo, verdadero servidor,

P. CARDENAL GASPARRI.

OBRA DE LA PROPAGACIÓN DE LA FE

EN FAVOR DE LAS MISIONES DE AMBOS MUNDOS

JUNTA CENTRAL DE ESPAÑA

Cuenta general de lo recaudado en España para esta Santa Obra
en el año 1917.

DIÓCESIS	Pesetas Cts.
Madrid-Alcalá.....	46.413,80
Vitoria.....	40.213,90
Barcelona.....	19.655,96
Pamplona.....	16.108,80
Sevilla.....	8.467
Valencia.....	5.027,30
Palencia.....	2.860
Oviedo.....	2.847,75
Mallorca (Palma).....	2.667,40
Orense.....	2.137,40
Santander.....	2.123,80

DIÓCESIS		Pesetas Cts.
Mondoñedo.....	{ Mondoñedo, por 1916..... 27,75 » por 1917..... 491 El Ferrol..... 1.173 Ribadeo..... 330 }	2.021,75
* Toledo.....		1.853
Zaragoza.....		1.800
Salamanca.....		1.563,20
Santiago.....		1.506,50
Burgos.....	{ Junta de señoras..... 874,07 Junta de caballeros..... 606,80 }	1.841,77
Badajoz.....		1.366,05
Lugo.....		1.307
Tenerife (Laguna).....		1.184,30
Tuy.....		1.105
Sigüenza.....		1.067
Almería.....	{ Almería..... 386 05 Benahadux, por 1916 y 17.. 675 }	1.061,05
Cádiz.....		1.045,45
Granada.....		1.035,90
Astorga.....		1.018,10
Segorbe.....		1.009,80
Vich.....		1.000
Tarragona.....		921,85
Valladolid.....		848,75
Avila.....		823,25
Ciudad Rodrigo.....		808
Calahorra.....		765,75
Jaén.....		750
Córdoba.....		731
León.....	{ Junta de señoras..... 259,70 Junta de caballeros..... 445,85 }	705,55
Málaga.....		703
Tarazona.....		662,15
Osma.....		618
Tudela.....		600
Plasencia.....		500,90
Ciudadela (Menorca).....		498,52
Teruel.....		473,70
Orihuela (Alicante).....		464,90
Cartagena (Murcia).....		444
Las Palmas (Gran Canaria).....		387,60
Huesca.....		345,40
Seo de Urgel.....		317,10
Tortosa.....		298
Zamora.....		289,10
Gerona.....		260
Albarracín.....		255
Jaca.....		244,10
Barbastro.....		230

DIÓCESIS	Pesetas Cts.
Segovia.....	216
Lérida.....	214,40
Coria.....	201,75
Guadix.....	200
Ciudad Real.....	166 50
Cuenca.....	131,20
Limosna anónima.....	27,20
Entregado en esta Tesorería Central a última hora....	10
<i>Total.....</i>	186.061,65
<i>Gastos varios.....</i>	372,75
<i>Total líquido.....</i>	185.688,90

Cuya suma de *ciento ochenta y cinco mil seiscientas ochenta y ocho pesetas, noventa céntimos*, ha sido entregada a S. E. R. Monseñor Ragonesi, Nuncio Apostólico en esta Corte, para que se sirva ponerla a disposición del Emmo. Sr. Cardenal Van Rossum, Prefecto de la Sagrada Congregación de Propaganda Fide, en Roma.

Madrid, 26 de Marzo de 1918.

El Vicepresidente, † *Prudencio Melo*, Obispo de Madrid-Alcalá.—V.º B.º La Presidenta A., *Duquesa de San Carlos*, Marquesa Viuda de Santa Cruz.— La Tesorera, I, *Condesa Viuda de Armildez de Toledo*, Marquesa de la Cañada.



SEMINARIO PONTIFICIO DE SALAMANCA

PREFECTURA DE ESTUDIOS

Los jóvenes que se hallan cursando Latín y Humanidades fuera de este Centro y deseen examinarse en el presente mes de Junio, se presentarán por el orden siguiente:

Los que pertenecen a las Preceptorías de esta diócesis, el día 20, y los de enseñanza doméstica el 21.

Todos estarán en el Seminario a las diez (hora legal) de la mañana de su respectivo día, a fin de que puedan tener el examen escrito de diez a una y el oral de cuatro a siete y media de la tarde.

Los que comiencen los estudios presentarán en la Secretaría, antes de examinarse, los documentos siguientes: *a)* Solicitud dirigida al M. I. Sr. Prefecto de Estudios pidiendo ser admitidos al examen de ingreso y de las asignaturas que haya cursado extraoficialmente; *b)* partidas de bautismo y confirmación; *c)* certificado de conducta expedido por el señor Párroco, y *c)* certificado de vacunación.

Salamanca, 1 de Junio de 1918.

EJERCICIOS PARA SACERDOTES Y CABALLEROS

En el mes de Junio, y en la Residencia de Padres Jesuítas, tendrán lugar estos actos religiosos.

Para señores Sacerdotes comenzará la tanda del mes de Junio el día 10, y terminará el 15 por la mañana.

Para caballeros comenzará la tanda del mismo mes el día 17 y terminará el 22.

Han practicado los ejercicios espirituales en la Residencia de PP. Jesuítas, en la tanda del mes de Mayo, los señores Sacerdotes diocesanos siguientes:

D. Rafael Lozano, D. Francinco Sánchez Hernández y D. Simón Prieto.

ORDENES SAGRADAS

El sábado 18 de Mayo las confirió el excelentísimo y reverendísimo Prelado de esta Diócesis, en la Capilla de su Palacio, a los señores siguientes:

Primera Clerical Tonsura.—Don José Hiland Doyer, norteamericano.

Hostiario y Lectorado.—Don Ildefonso García, salesiano.

Exorcistas y Acólitos.—Don Miguel Pereña Andrés, don Estanislao Sánchez Prieto, don Alfredo Carabias García, don Fernando Recio de Dios y don Francisco Mateos, diocesanos.

El Subdiaconado.—Don Emigdio de la Riva y Gusano, de la diócesis de León.

El Diaconado.—Don Bernardo D'Hara y D'Hara, irlandés, y don Demetrio de la Torre, del Obispado de Zamora.

El Presbiterado.—Don Malaquíás Mc. Sorley Guun, don Hugón Conway Blee, don José Donegan Allen, don Pedro Corcoran Duff, don Miguel Cose D'Reilly, irlandeses; don Benjamín Temprano y Temprano, del Obispado de Zamora, y fray Venancio Diego Carro, dominico.

NECROLOGÍA

Ha fallecido, después de recibir los Santos Sacramentos, el virtuoso sacerdote, castizo escritor y cultísimo Canónigo de nuestra Santa Basílica Catedral M. I. Sr. Dr. D. José de la Mano Beneite.

Pertenecía a la Hermandad de Sufragios Espirituales, por lo que los señores socios aplicarán una misa y tres responsos por el alma del finado.

También ha fallecido el anciano Párroco de Perales de Solís, D. Laureano del Arco.—R. I. P. A.

BIBLIOGRAFÍA

DE UTILIDAD PARA EL CLERO

Manual de Sacramentos. Nueva edición hecha conforme al Ritual romano reformado por Su Santidad Pío X. Se han hecho dos ediciones, una de bolsillo en primoroso tomito, conteniendo todo el Manual completo, esto es: Bautismo, Matrimonio, Viático y Extremaunción, y Difuntos, precio 2 pesetas, y otra en tamaño 8.º, de fácil y cómodo manejo; impresas en magnífico papel pluma, precio 4 pesetas.

Para mayor facilidad, los volúmenes de la edición en 8.º, se venderán juntos y separadamente los cuatro tomitos que la forman, por separado 2 pesetas cada tomo. Nueva librería católica; Del Amo, Acedo y C.^a Bordadores, 9, Madrid.